

A. D. 1240. — Aus dem Register Kaiser Friedrichs II.

Neapel, Regio Archivio di Stato, Regestum Friderici II. imperatoris, fol. 71^v.

Eine Seite aus dem sogenannten „Regestum“ Kaiser Friedrichs II. in Neapel. Die Handschrift enthält Kopien von Briefen aus der Korrespondenz Friedrichs II. mit seinen Beamten vom Oktober 1239 bis zum Anfang Juni 1240. Es handelt sich bei allen um sicilianische Angelegenheiten. Über jeder Seite stehen der Monats- und der Ortsname; der Tag des Monats ist vor den einzelnen Schreiben angemerkt (1). Die Briefe werden eingeleitet durch Angaben über den Befehl des Kaisers zur Ausfertigung der Schreiben, über den Beamten, welcher diesen Befehl übermittelte, und über den Namen des ausfertigenden Notars. Am Rande ist der Inhalt angegeben. — Die 116 noch erhaltenen Blätter der Handschrift bestehen aus kräftigem, wohlgeglätteten arabischen Papier; sie haben leider alle durch Feuchtigkeit gelitten; ihre Durchschnittsgröße scheint ungefähr 30×21 cm betragen zu haben, jetzt sind sie etwas kleiner, da die Ränder beschnitten wurden. Die Handschrift gehört zu den ältesten Papierhandschriften des Abendlandes. — Gedruckt bei Cajetan Carcani, *Constitutiones regum regni utriusque Siciliae mandante Friderico II. imperatore per Petrum de Vineis* etc., Neapel 1786, p. 233—420; unsere Seite (dort bezeichnet als pag. 70 *adversa*) findet sich p. 345—347; ferner bei J. L. A. Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica Friderici II.*, Paris 1859, V, p. 747. Ein Facsimile zweier Seiten (73^r und 102^r) findet sich bei Sybel und Sicking, *Kaiserurkunden in Abbildungen*, Lief. VI, Taf. 17. Siehe über das Register J. Ficker, *Beiträge zur Urkundenlehre*, II, Innsbruck 1878, S. 15. 37. 42; F. Philippi, *Zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufnern*, Münster 1885, S. 30; H. Bresslau, *Handbuch der Urkundenlehre*, I, Leipzig 1889, S. 104.

Die Schrift hat bereits viele kursive Formen. Der Schreiber bemüht sich, die Buchstaben der einzelnen Wörter eng miteinander zu verbinden und möglichst viele in einem Zuge zu schreiben; zu diesem Zwecke gibt er gewissen Buchstaben, besonders dem *d*, *p*, *s*, oft Schleifen und formt sie mit einem andern Schriftzug als bisher.

Einzelne Buchstaben. *d* hat entweder die gewöhnliche runde Form (*faciendas*, 18), oder es hat die Kursivform, in welcher der Langstrich oben nach rechts umbiegt und eine Schleife bildet (*ad*, 19. 30; *dominicis*, 26; *quandis*, *differretur*, 35); dabei ist beachtenswert, dass der Schreiber den Nebenstrich, der die Schleife bildet, nicht von dem Langstrich aus von oben herunter führt, sondern dass er ihn von der unteren Rundung des *d* nach oben führt und dann erst den Langstrich macht: er schreibt also *d* bereits, wie wir es noch heute in der Kurrentschrift schreiben; es ist das erste Mal, dass uns diese Form des *d* begegnet. Der letzte Schluß von *m* und *n* ist am Wortende öfters verlängert (12. 29). Der Langstrich von *p* bildet zuweilen eine Schleife (*Petrus*, 16; *per*, 29). Der Schulterstrich von *r* ist am Wortende sehr lang; der senkrechte Strich geht meistens unter die Linie, oft sehr weit (16. 19. 20. 21). Besondere Beachtung verdient auch rundes *s*: es wird meistens mit dem vorausgehenden Buchstaben verbunden und in einer neuen Weise geschrieben,

so dass es unserem heutigen deutschen runden *s* ähnlich ist (19. 20. 28). Siehe z (39).

Abkürzungen. Häufig sind Namen und oft wiederkehrende Wörter abgekürzt, z. B. *f. n.* = *fidelis noster* oder *fideles nostri* (3. 4. 17. 22), *f. t.* = *fidelitas tua* (4. 19), *g. p. r.* = *generale pondus regni* (19); in der Auflösung dieser Abkürzungen folge ich der oben erwähnten Ausgabe von Carcani. Das Zeichen in *bus* und *que* (Punkt und Strich) ist bald getrennt, bald in einem Zuge geschrieben (3. 5. 6. 10). Wortendungen sind oft durch einen langen schrägen Strich ersetzt, besonders häufig im Wörtchen *de* (3. 5. 12. 14. 33). Für *er* steht meistens ein senkrechter geschlängelter Strich (*poteritis*, 21; *existeret*, 24); oft aber steht das überschriebene offene *a* dafür (*duxerat*, 14; *contra*, 20; *gerentibus*, 28); und in *fuertit* (8) ist ein horizontaler geschlängelter Strich dafür gesetzt. Das Zeichen für *ur* steht auch für *r* allein (*Porta*, 16. 33). Der allgemeine horizontale Kürzungsstrich ist zuweilen verdoppelt (*reditum*, *regnum*, 10; *uncias*, 17). Zuweilen ist der senkrechte geschlängelte Strich als allgemeines Kürzungszeichen gesetzt (*officiales*, 31; *custodes*, 33).

Zahlreiche Bogenverbindungen. Siehe z. B. *bo* (24), *oe* (23), *os* (25).

Als Interpunktionszeichen dienen ein schräger Strich, ein Punkt mit darüber gesetztem Strich, und ein Punkt (9. 10. 15. 29. 30).

Februarius in Cuccuione.

[8] Alexandro filio Henrici pro expensis falconum et canum Lombardelli et aliorum.

§ XI^o. Do imperiali mandato facto pro magistrum Albertum scripsit Laurentius Alexandro filio Henrici Lombardellum de Ymola, Renaldum de Aquino, Malgerium Sorrellum, Iacobum de Gaudio, Riccardum Filangerium, Rogerium Portastrellum, Fridericum Muscatum, Obaldinum fratrem Lombardelli, Scornauacum, Renaldum de Castañi¹⁾, et Berardum de Aquaviva, falconeros et fideles nostros, cum avibus nostris et canibus, necnon Berardum de Schultro infirmum, valletum et fidelem nostrum, in regnum mittimus moraturos; fidelitati tue mandamus, quatenus Lombardello predicto pro se, duobus scuteris et tribus equis, pro XX diebus huius mensis Februarii XIII. indictionis tres uncias auri ad pondus curie, necnon cuilibet predictorum valletorum tantum²⁾ pro eisdem diebus, sicut recipere soliti sunt in curia nostra, et Iacobo de Imola falconero, quem mittimus cum eisdem, pro se, uno scuterio et duobus equis, pro predictis diebus uncias duas ad idem pondus exhibeas; ac deinde inantea, donec in regno pro nostris serviciis fuerint, secundum assisam curie et sicut dari consuevit in regno, ad requisitionem dicti Lombardelli et per manus eiusdem, pro quolibet predictorum, videlicet pro se, duobus scuteriis et tribus equis, dicto Iacobo de Imola pro se, uno scuterio et duobus equis, predicto Berardo de Schultro pro se, duobus scuteriis et tribus equis, usque ad reditum nostrum in regnum, necnon tribus scuteriis marestalle, quos cum canibus destinamus, pro se et tribus mulis, ac Thomasio Bruno falconero pro se et uno equo, a mense Marcii inantea, quia pro toto mense Februarii de camera solutus est ipse Thomasius, secundum quod etiam fiet auctio vel diminutio personarum, avium sive canum, de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, expensas debeas exhibere, daturus necessaria pro avibus et canibus nostris quos custodiunt, prout idem Lombardellus a te duxerit requirenda, et receptorus ab eo de omnibus, que sicut dictum est dederis, apodixam.

[8] Angelo de Marra et Eufrenoni de Porta, custodibus exarum pro Petro Magno et Alberto Busoli, mercatoribus Parmensibus, de uncis XXXVI.

§ Item scripsit Angelo de Marra et Eufrenoni de Porta, custodibus exarum in Castro Salvatoris ad mare: Quia Petrus Magnus et Albertus Busoli, mercatores Parmenses, fideles nostri, valletis nostris de Lubech nuper redeuntibus triginta sex uncias auri ad generale pondus regni pro parte nostre curie mutuarunt, ad faciendas videlicet expensas pro se et falconibus quos portabant, fidelitati tue³⁾ precipiendo mandamus, quatenus statim visis hiis litteris triginta sex uncias auri ad generale pondus regni restituatis dicto Petro, omni difficultate remota; ipsos etiam et socios eorundem de alia pecunia, quam nostre camere mutuarunt, pro quibus super eadem vobis scripsimus, iuxta tenorem litterarum quas habent, quam citius poteritis, integre quietare curetis.

[8] Eisdem custodibus pro Nicolao Iohannis de Angelo, mercatore Romano, de uncis CXXXIII.

§ Item scripsit litteras patentes: Fridericus etc. Notum etc., quod Nicolaus Iohannis de Angelo, civis Romanus, fidelis noster, dum nobis humiliter supplicasset, quod, cum Thomasius de Galiano de Lentino, qui pro administratione quam super extractione frumenti pro curia nostra minus bene exercuit⁴⁾, captus fuit, infiscatis omnibus bonis suis, debitor eius existeret in uncis auri centum viginti quatuor ad generale pondus regni, nos ipsam pecuniam sibi restitui mandavimus, nos, facta pridem de ipso debito nostre curie plena fide, dictam pecuniam usque ad festum nativitatis dominice huius XIII. indictionis eidem Nicolao curiam nostram promissimus soluturam, prius etiam, si prius in regnum redire non personaliter contigisset; super quo scripsimus venerabilibus Iacobo, Capuano archiepiscopo, et Petro, episcopo Rauellensi, dilectis familiaribus nostris, tunc temporis in regno gerentibus vices nostras, ut, si contingeret nos in regnum dicte nativitatis dominice termino non redire, dicto Nicolao solvi facerent pecuniam memoratam; idem vero nuper rediens et ostendens per litteras archiepiscopi Capuani, cui soli nostras litteras dederat, absente episcopo Rauellensi, qui ad nos iam venerat vocatus a nobis, dictam pecuniam sibi non fuisse solutam, eo quod officiales mutati erant et mandatum de assignanda cuiquam pecunia non habebant, sed de ea ad nostrum earum transmittenda conventionem cum curia nostra fecit, quod in kalendis Augusti proximo futuri huius XIII. indictionis debeat integre de ipso debito quietari per Angelum de Marra et Eufrenonem de Porta custodes etc., ad quos ipsum cum litteris nostris duximus transmittendum; quod si pecunia non soluta dictis solutionis terminis pertransiret, deinde inantea, quamdiu solutio differretur, ana tres⁵⁾ uncias per centenarium⁶⁾ in mense pro dampnis et interesse ipsi⁷⁾ solverentur tenebuntur de pecunia ipsorum custodie deputata, et nichilominus de eadem solvent integre uncias⁸⁾ supradictas eidem. Ad cuius etc. presentes litteras etc.

§ Similes clausas per eadem verba scripsit pro eodem ad eosdem custodes, addita conclusione: quod ipso termino solvant uncias ipsas ei vel nuntio aut procuratori. § Similes apertas et clausas per eadem verba scripsit idem pro Iohanne Gulczonis Romano de uncis auri centum triginta sex ad generale pondus.

¹⁾ Carcani, dem Huillard-Bréholles stets folgt, hat *Castro maris*; es ist wohl *Castanea* zu lesen; im *Index nominum* bei Huillard-Bréholles kommt ein *Gentilis de Castanea* vor (p. 106f.). ²⁾ Nach tantum ist etwas getilgt. ³⁾ Der Sinn verlangt *v= vestre*, und so hat Carcani. ⁴⁾ Carcani: *exerceret*. ⁵⁾ ana tres = je drei (siehe Ducange, *Glossarium*, zum Wort *ana*). ⁶⁾ Carcani: *pro centenario*. ⁷⁾ Carcani: *ipso*. ⁸⁾ Carcani: *tres uncias*.